



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Sensus ex eventu confirmatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

rem interpretationem esse R. David Kimchi testatur. Neque quidquam aptius & convenientius de Aseritis dici potest, & cui magis respondit eventus, quam quod eo sensu, quem dedimus, prædixit Moses. *Maximam mansisse perpetuo barbarorum copiam in Galilea gentium, quæ maxima fuit hæreditaria Aseritarum pars, vir excellentis ingenii & doctrinæ* Andræas Masius notavit. Hoc vero miramur interpretationem Masii confirmari, sed quam maxime pro nostra est. Etenim cum Aseritis certamen perpetuum esset futurum cum veteribus terræ incolis, à quibus continuis bellis vexarentur, inter cæteras benedictiones prædixit Moses, eos bello strenuos futuros, neque vires eorum atterendas esse.

XII. Hæ ferreæ atque aereæ ocreæ in memoriam mihi revocant elegantissimum Curtii locum, quem mendo liberavi, quod omnes interpretes fugit. Prædicat Macedonum aciem, quod non auro, non discolori veste, sed ferro atque ære fulgeret. *Contra, inquit,*

Masius ad
Ios. 19, 30.
31.

Curtius
lib. 3.
cap. 3.